Mus. Pr. 4
102

# TENOR

Motetarũ à S. Salblingero collectar.

8°

4° Mus. Pr. 102 Salminger

~~27~~

Ex Electorali Bibliotheca
Sereniſs.rum Vtriusq; Bauariæ
Ducum.

Mus.
N=124.

# TENOR.
# CANTIONES.

## SEPTEM, SEX ET QVINQVE VOCVM.

Longe grauiſsimæ, iuxta ac amœniſsimæ, in Germania maxime hactenus Typis non excuſæ.

Bayer. Staats-
Bibliothek
München

AD LECTOREM.

Per mare quem Delphin transuexit & Orphea, vatem,
Concentu dulci Muſica noſtra refert.

*Cum Gratia & Priuilegio, Cæſareæ ac Regiæ Maieſtatis.*

Auguſtæ Vindelicorum, Melchior Kriesſtein
Excudebat, Anno, M. D. XLV.

MVSICIS. *Cunradus Acontius Edelbergenſis.*

VOS, quibus eximię ſuauiſſima Muſica curę eſt,
(O mihi iucunda & ſemper amica cohors.)
En pius hoc iterum celebri nunc munere honorat
Sigmundus, veſtri plurima fama chori:
Hinc abeant longe, torpentia pondera terræ:
Abſint degeneres, & pigra monſtra, procul,
Quæ nec delectat Cythara, aut Teſtudo canora,
Nec quoque Caſtalium cum fluit ore melos:
Ingenuos animos decet hæc generoſa voluptas:
Nobile quam merito pectus amare ſolet:
Hæc homines triſtes, multoque dolore iacentes,
Erigit, & lachrymis, cogit adeſſe modum:
Hæc nimium lætos, nimioque tumore furentes,
Menſuram placida, cum ratione, docet:
Hæc fortes, alacres, mites, animosque benignos,
Humanos, ſtrenuos hæc facit atque pios.
Ergo agite egregio iam rurſus munere læti,
Excipite hæc propera Muſicã ſacra manu:
Et docto memores Sigmundo dicite grates:
Cui merito a vobis gloria digna venit.

# GENEROSO NOBILIQVE DOMINO, DOMINO IOANNI IACOBO FVGGER, &c.

Alteri Eruditorum Mœcęnati Germano: Goergius Frœlich, qui & Lętus dicitur, Archigrammateus, Auguſtæ Vindelicorum:

S. P. D.

DE Rebus amœnioribus, apud te: vir ampliſſime: mentionem facturo, mihi obiter occurrunt maximæ calamitatum procellæ, quibus Germania, prædulcis illa & communis patria, hac tempeſtate, præ cæteris nationibus, miſerè iactatur: Occurrit quoque quàm parum, inter Regni Proceres: non modo, quantum ad cultum Diuinum, ſed etiam ad libertatem retinendam pertinet, conueniat. Indè profecto, pericula non leuia, nos, Vxores, Liberos, adeoquè omnem noſtram poſteritatem, et manent, & breui haud dubiè occupabunt: niſi ſemotis cum ſimultatum tum diffidentiæ ſeminibus, de communis Patriæ ſalute, ſolidius & efficacius quidem quàm hactenus cogitetur. Taceo ſęuiſſimi Turcæ diutiſſimas in Agrum Chriſtianum incurſiones & Bella, quibus Aſia & Aphrica, in fœdiſſ. poteſtatem ſuam redactis, Chriſtianorum ſanguine, ultra modum, truculentiſſimè delibutus: pedem in Europam uſque intulit: atque utinam non nimium firmiter fixerit, noſtriſquè ceruici-

bus, pręcipue eorum, qui Pannoniæ Inferiori contermini ſumus, extrema minetur: Quæ dum pro pietate in Chriſtianos omneis & patriã, altius expendero: quid, quęſo, aliud cogitem? quàm unde aut à quo rebus adeo ad triarios redactis, auxilium & ſubleuamen petamus. niſi à te Imperator Deus opt. max. qui Imperatori, Carolo Quinto, rerum in terris gubernandarum, ſummam commiſiſti: niſi, inquam, illius atque reliquorum Imperij Ordinum, & animos & vires ad reſiſtendum, imminentibus malis, virtute & robore ex alto animaueris, de Chriſtianorum Imperijs propémodum actum eſſe, quis inficiabitur? Quandoquidem autem interim pleraque triſtia miſeris mortalibus incumbant, non dubito, quin multi, in malam partem, accepturi ſint: Si tibi viro vndequaque vigilantiſſimo, alacriores Muſas & Muſicam ipſam, in his rerum turbis, qualicunque ratione obtulero, illis tamen quid reſpondeam, haùdquaquàm anxiè meditor. Muſica nãque laſciuientium auribus & animis, minimũ eſt reperta: neque in hoc etiam, ut eius dulcedine, voluptariè viuentes, abutantur, aut harmonicis concentibus, nimium illecti animos hincindè à pietate & grauitate ſpargant: licet etiam in varios uſus, optima quęque ut in plurimum vertantur. Sed Muſica, ſicut & reliquæ liberales Diſciplinæ, eam ob cauſſam, hominibus hauddubiè diuinitus eſt tributa: ut vel honeſtè oblectet, vel proſit, vel utrũque pręſtet, tùm autem officium ſuum rectè & maximè facere videtur: quando ad exhilarandos animos, eorum, qui cura & adminiſtratione rerum publicarum defatigati, aut Hymeneos, aut Geniales celebraturi ſunt appoſitè accomodatur. Præterea ſi quis ſeipſum, vel amicos, vel familiares harmonijs refocillare, aut animos hominum, vel ad hilaritatem, vel triſtitiam, vel ad placiditatem, vel ferociam excitare voluerit, nihil moror, & in illius ſententiam concedere: nam hoc totum, ne dicam aliquid aliud, Muſicum melos optime poteſt: de quo, pręſertim verò de laudibus & virtute Muſices, hic dicendi locus non eſt: Extulerunt enim hanc, dignis laudibus, cum plerique alij, tum quoque paucis retroactis temporibus, ea à me, nõ incelebre: ut opi-

nor, Encomium retulit. Nunc verò tantùm id agere decreui, quomodo tibi, longè nobiliſſimo Mecœnati, non tam Muſicę, quàm reliquarum Diſciplinarum gnaros, aliôqui apprimè commendatos, commendatiores reddam: pręſertim autem unum ex multis, Sigiſmundum Salblinger, nempè illum Muſices peritum, cuius ope & diligentia, in ſelegendis & congerendis amęnioribus excellentiſs. Muſicorum Cantilenis, apud inclytam noſtram Germaniam, tantùm ſanè effectum eſt, quantum per alium vix unquàm. Is enim hiſcè diebus, amplius Triginta ſeleċtiſſima, Septem, Sex & Quinque Vocum Carmina, tanquàm è penu diuite, in conſpectu meo produxit: quibus mox viſis, & poſtmodum diligentius conſyderatis: neſcio plus nè mihi admirationis vel gaudij attulerint: Nam, ſi ad numerorũ varietatem & harmoniam ipſam reſpicio, Arionem ipſum ijs ſuperari credam: Si vero verborum contextum animaduerto, nihil neque ſanctius, neque ſalubrius, neque abſolutius dici, ne excogitari quidem poterit, atque hoc nõ iniuria, cum eiuſmodi verborum ſeries, non ex Philoſophorum officinis, ſed ex penetralibus ſacrarum literarum, tanquàm è Cornucopię eruta ſit. Iure igitur optimo, optima hæc ſuppellex, optimum patronum merebitur: Cuius, cum & delectus & optio mihi ultrò ſint oblata: quem quęſo, vir extra omnem aleam poſite, ex uniuerſo procerum ordine, vel ęquius, vel aptius ad hoc ſeligam, quàm te? qui generoſitati eruditionem, ingenio experientiã, magnanimitati prudentiam, & Fortunæ bonis cumulatiſſimis liberalitatem iunxeris: præſertim verò, cum non ſolum acre iudicium Muſicorum concentuum habeas, ſed & ipſe Muſicus excellens, adeoque exactioribus eius Diſciplinę conferendus eſſe videaris. En itaque tibi opus non pœnitendum, eóque vt ſoles, in alijs omnibus, pro temporis ratione, alacri, & ſi vis interdum, ſolutiori animo eàtenus fruere: donec curæ & ſolicitudines cunctæ, ſuauiſſimis concentibus, pectori tuo penitus eximantur: vel ſi id omnino fieri nequeat, nihil moleſti tamen tibi remaneat. Proindè Sigiſmundum Salblinger, ob ſingularem, in congerendis tot Carminibus, adhibitam induſtriam,

ſta cõmendatum habe, ut non tam labor ille ipſius, quàm Lęti commendatio, alicuius momenti apud te fuiſſe appareat: Video ſiquidem, quantum commodi & gloriæ olim Magnatum beneficentia erga Literatos & ſibiipſis & Patriæ & amicis pepererit: Video etiam non obſcurè hanc unicam fuiſſe cauſam, cur Heroës maximi, olim immortalitate donati ſint: Quis obſecro Æneę pietatem, fortitudinem, prudentiam & magnanimitatem: quis Achatis fidem, curam & amicitiæ ſplendidum decus, modò obſeruet? niſi Virgilius celeberrimis eos Muſis immortales feciſſet: Quis Imperatorum, quis Regum, quæ Ciuitatum, quis denique Heroum omnium vel virtutem vel exempla imitetur? vel peſſimorum hominum ſcelera fugiat? niſi Chronographi excellentes, eorum facta & geſta memorabilia, in Scriptis relinquiſſent? Vtinam Germania vix tandem eruditorum ingeniis quodammòdo è luto extracta, intelligat, quanti ſit optimorum virorum memoriam ab interitu vindicare: Vtinam dico, res bene & fortiter à priſcis noſtris Germaniæ Proceribus geſtæ, fideliter & diligenter Literis mandatę forent: Iam nobis nõ opus eſſet, pręclara Heroum Strategemata ab alienigenis mutuare & ſequi, ſed noſtratium Exempla nos ad virtutem & veram Nobilitatem abundè monerent, Id, quod ex Tuiſcone, Sueuo, Arioviſco, Arminio & reliquis fortibus Germanis, ſatis ſuperquè claret: Qui tàm domi, quàm foris prudentiam & fortitudinem, contrà omnium Nationum, bellicoſiſſimas Gentes, tàm ſtrenuè pręſtiterunt, ut nè ab hoſtibus quidem, hoc eſt, Iulio Cæſare & Cornelio Tacito, eorum indicibilis laus intacta relinqui potuerit: quin ipſi eos ad aſtra uſque preconiis extulerint: Verum de ſeriis alibi, iàm ad delitias & oblectamenta Muſices, & honeſtiſſima & amœniſſima, te inuito.

Vale, Vrbis noſtræ decus maximum, Auguſtæ Vindelicorum:

An. M. D. XLV. 22 Auguſti.

# SIGISMVNDI SALBLINGERI
## AD SVAVISSIMOS MVSICÆ ARTIS STVDIOSOS,
### EPIGRAMMA.

SI quid ab ętherea nobis eſt ſede tributum,
Conueniens homini, nil magis eſſe poteſt,
Quàm quę Pierides recinũt modulamina Muſę,
Quę canit ad docilem ſuauis Apollo Lyram:
Scilicet hęc retinent, diuini oracula verbi,
Ceu bene res geſtas, Scripta diſerta Ducum:
Carminibus melius penetrat ſententia recta,
Plus ferit harmonijs non peritura manet,
Cũ numeris anima eſt quędã cognatio noſtrę,
Qua fit, ut hos auide mens generoſa capit:
In noſtro tales ſentimus pectore motus,
Quales arectea cœpimus aure ſonos:
Hæc multo melius cõmuni eſt cernere ſenſu,
Quàm cur ſit ratio reddier ulla queat.
Harmonicũ quiddam in nobis natura creauit,
Percipiens numeros harmoniamq; fouens.
Ex quibus exiſtit rerum lepidiſſimus ordo,
Quò nihil immenſus pulchrius orbis habet,
Quo nil concinnos mores præclarius ornat:
Hic monet erectum tollere ad aſtra caput,
Et ſpectare Polum, conuexaq; pondera Mundi:
Omnia præſcripta, lege creata regi.
Hinc mẽs ſcire ſtatim tantus reꝝ unde ſit ordo,
Quisuè ſit illius nobilis Author, auet,
Quæ tacite tractata diu meditatio, ad ipſum
Authorem mundi pectora noſtra rapit,
Eſſe Deum ſignis agnoſcit cunctipotentem,
Qui regit harmonicum totius orbis opus.

Ergo quis velit ingratus res ſpernere tantas?
Quem non Muſarum gratia tanta iuuat?
Vincere duritia hunc reor in tractabile ferrũ,
Cui dura eſt rigida mens Adamante magis,
Prædulci vocum diſcrimine dicitur Orpheus
Traxiſſe antra feras robora ſaxa & aquas:
Quanto homini ꝓpius Muſis cantuq́; moueri
Æternæ eſt minime, qui rationis inops:
Tu vero nunquàm noſtris reticẽde Camœnis,
FVCCARE, qui clara Nobilitate nites,
Dux virtꝰ, Fortuna comes, tibi Muſica fautrix,
Inter præcipuos dat veneranda locum:
Nã cũ ſumma tuo regnet ſub pectore virtus,
Atque operis tibi ſit mens inimica mali:
Cum te magnificus cum cenſu diuite iunctus
Splendor præclaræ Gentis ad aſtra vehat:
Te quoque rara quidẽ cõmendat gratia moꝝ
Abs te, quod mœſto pectore nullus abit

Abs te, qui ingenuas artes coluere, coluntur.
Muſica te iuſto vindice tuta manet:
Conſona te varie recreant modulamina vocũ,
Non audis tantum, ſed canis ipſe melos.
Tu mihi Mecœnas, cũ me labor urget, & angit,
Non Dominus facilis, ſed pater eſſe ſoles:
Hęc ut nunc poſſim committere Carmina luci,
Quæ demirari Muſicus ordo poteſt:
Præſidio es ſubito, duris in rebus egeno,
Impenſiſquè iuuas nos, IACOBE, tuis.
Qđ facit, ut merito venereris ab omnibus, utq́;
Ipſe colam famæ, nomina magna tuæ.
His, ſi qua offendes Libris, ſuauiſſime Cantor,
Quæ venient animo plurima grata tuo,
Te meminiſſe velim, me nullã hinc poſcere laudẽ,
Sed tñ ingenuis moribus aptus eris:
Si referes memori condignas pectore grates,
Cuius hoc, ut cernis, ſumptibus exit opus.

A. R.

# AD SIGISMVNDVM SALMINGERVM DE LAVDIBVS Muſices, Xyſti Betuleij Aſclepiadeum.

MVltis nominibus Muſica plurimum
Laudatur meritò, nam varijs iuuat
Humanos animos hæc rationibus.
Huic virtus varia eſt, atq; latens ſua.
Laudant angelici carminibus chori
Excelſi dominum dulcifluis ſuum.
Placatur deitas harmoniæ melo,
Pſalmos dum Cytharæ vatidicæ ſonant.
Muſæ pyerides dulcibus inclytæ
Hymnis concelebrant numina Maximi
Rectoris iugiter. Dulciſonis chorus
Sororum reſonat carminibus Deo.
Quid? quod pneuma Dei, Dauidicæ lyræ
Plectro, dulce ſonent, præcipit omnibus,
Quæ celſo volitant æthere, auiculis,
Et ſummum celebrent per numeros Deum.

Hinc luſcinia te cunctipotens Pater
Prædulci modulo laudat auicula,
Te caſſita loquax, te vaga garrulis
Argutiſq; ſonis turba Deum canit.
Munus flectipotens Muſica, numinis
Plenum. nam penetrat pectoris intima.
Et mentes hominum ui tacita mouet,
Impellitq; animos, quò volet, impetu.
Ad pugnas animos bellica commouet
Funebres lachrymas triſtior excitat,
Dulci ſymposion lætificat ſono,
Et ludos veneri perficit hæc ſacros.
Hanc artem, quia tu Fuggare ſplendidam,
O Heros, ſtudijs excolis, inclyte,
Munus, quod modulis comparat optimis
Sigmundus, placida mente capeſſito.

IN SIGISMVNDI SALMINGERI MVSICI
Auguſtani Cantica, Phalecium, Hende-
caſyllabicum Hieronymi Zieg-
leri Rotenburgenſis.

HÆc qui dona paret tibi requiris,
(Quæ tractat varia libellus arte)
Cantor, Theſpiadum chorus Iuuentæ
Et cantu, & numeris dedit frequenti.
Si iungas teneros ſonosq́ꝫ, voces
His, in delicijs ages beatus.
Hic regnant Charites, facetiæq́ꝫ:
Accurrit lateri comes voluptas.
Huc doctos iuuenes vocant Camœnæ:
Adducit memores ſuiq́ꝫ Phœbus
Inuitat pariter Minerua cantum:
Gaudent continuò Dei, deæq́ꝫ.
Cantores moneo frequens adeſte
Miſcentes decus elegantiarum.
Hæc ars imperat ut canatis vltro,
Somnus dum placidus per oſſa ſerpit.
Hic Mars ipſe valet ſonante Muſa,
Pacis commonet, & furor quieſcit.
Nec prauas Cytherea tendit artes:
Nec pectus trahit impotens Cupido.
Res eſt Muſica plenior leporum:

Curas ſollicitas leuat, iuuatq́ꝫ.
Et miſcet lachrymis iocosq́ꝫ, amores.
Non vlla ars alia eſt magis venuſta.
Ipſa omnes ſuperans in orbe toto
Incedit, dominans, regitq́ꝫ cunctas.
Hæc Sigſmunde tibi beatiorem
Vitam conficiet iuuante Chriſto.

## AD PRÆCLARÆ ARTIS MVSICES ſtudioſos Andreas Diether Auguſtanus.

QVòd fuerit quondam facundis Muſica Græcis
In precio, Pythius demonſtrat, Iopas, & Orpheus,
Terpander, Lyſias, Lampusq́ꝫ, & Damon, Arion:
Qui illexit modulans Delphinum cantibus, vnde
Contigit vt ſæui ſuperare pericula ponti
Poſſet. Terpandro Lacedæmone tollitur ingens
Hac trucis hac inter ciues diſcordia belli.
Hac Menelaæis pepuliſſe Laconibus arte
Cynthius infeſtam peſtem narratur Apollo.
Hacq́ꝫ Polymniden laudis meruiſſe ſuperbæ

Quantum, doctorum ſinuoſa volumina pandunt.
Aſt vitij quantum ſibi tunc contraxit acerbi
Inde Neoclides, quòd pollice tendere neruos
Sæpe recuſaſſet? Quare generoſa iuuentus
Illius exemplo monita haud contempſeris ipſam
Artem, quæ format mores, qua mentis & ardor
Mollitur. Feſſum delectant cantica nautam
Remigio. Ac glebis vertendis vomere cantu
Solibus æſtiuis mulcet robuſtus arator
Sudores gelidos manantes membra per ima.
Duritiem vitæ hæc veluti dulcedine quadam
Temperat, & mores auſteros delinit ars hæc.
Et ſtygias cordis penetralibus extrahit iras.
Longius vtilitas patet hæc, quàm viribus aptè
Mentis ut enumerem. In precio tibi cantica ſunto
Iſthæc Siſyphio, & vigili collecta labore
A Salblingero, præclaro hac arte magiſtro.

LEONHARDVS GEBHART SYNdicus Auguſtanus.

HVmanas inter nulla eſt præſtantior artes,
Quàm diuina ſacrum Muſica nomen habens.

Huic antiqua cohors vatum, teſtesq; Prophetæ
Sunt celebres: illam Barbarus omnis amat.
Hinc laudare Deum, dictum eſt, per cantica ſemper,
Perq; Choros domino pſallite dulce melos.
Authores eius nati Dijs, Phæbus, & Orpheus,
Amphion, atq; Linus, qui cecinere diu.
Muſicus eſt Vates dictus, cunctisq; Prophetes,
Græcia cantandi dixit ab arte σόφους.
Theologi quondam dici meruere canentes:
Doctus Ariſtoteles teſtis vbiq; probus.
Quis magis indoctus vulgoq; Themiſtocle quondam,
Illius ſaltem quod fuit artis inops.
Iudicio ſapiens Phœbi, coniungere Muſis
Non potuit digitos ecubuiſſe, ſenex.
Muſica perdidicit Lator legum ipſe Lycurgus,
Mons ſacer eſt Muſis quo cecinisſe iuuat.
Æacide Chironq; manus ornauit ab arte
Muſarum, cuius ipſe Magiſter erat.
Magnus Alexander cantu per prælia lætus
Ibat. Qui quoties hoſtibus arma tulit.
Terpander cantu, varias quoq; doctus Arion

Morborum cauſas diſſoluiſſe poteſt.
Reddidit & Saulem de morbo Muſa Dauidis
Tutum, quum coram pſalleret ex Cithara.
In ſumma laudes Muſarum qui ſatis ornet
Præſenti nemo viuit in orbe vago.
Mortales votis quicquid ſit numine tractant,
Quanto reflexus dulcius ore ſonat.
Si furor augeſcit Muſarum rumpitur arte,
Cantus habet Charites, cantus amore viget.
Muſica lætificat cunctorum corda virorum
Hac ſine bella valent, hac ſine pax nihil eſt.
Ergo quiſquis eris qui dulcia gaudia ſperas
Cantandi ſtudio nocte dieq́ꝫ vaca.
Hic tibi magna datur fœlixq́ꝫ occaſio libris
Quos Salblingeri munere lector habes.

FABIANVS KAIN BISCHOFVVERDENSIS.

CVi placet æternum patrem celebrare canendo.
Cui cordi eſt ſanctæ relligionis opus
His canat, attenta, ſed non ſine mente, libellis,
Quos dat Syſmundus cantor amice tibi.

Non etenim commenticiūm hīc præconia diuūm
Inueniet quiſquis ſedulus iſta canet.
Non iocus inſanus nec adeſt ibi luſus inanis
Sed pia cum iuſto pondere verba cadunt.
Sunt procul his ſacris ludibria vana libellis
Nec quod cantorem fallere poſſit habent.
Sacra recognoſces, ſed fontibus eruta viuis
Verba dei, vatum quæꝗ per ora fluunt.
Aſt his carminibus placatur Iupiter iſte
Cui mare, cui pontus, ſtella, polusꝗ parent.
Hoc merito munus capies tu mente benigna,
Eximios inter Fugger habende viros.
Suſcipe dulciſoni quæſo ſymphonia cantus
Et tibi de grata mente venire puta.
Hinc venient etenim dulcis præconia famæ
Hinc tibi cum vera fama ſalute venit.
Diuitijs quamuis niteant tibi tecta repoſtis
Et ſtent multa tuæ inſignia picta domus.
Non tamen hinc tantum veniet (mihi credito) laudis
Quam Muſis animum ſi tribuiſſe velis.

SYXTVS THEODERICVS.



SEcundus Cantus. Secundus Contra. TENOR. Sex ſunt q̄ odit

Dominus: Et Septimum, deteſtatur anima eius: Oculos ſub-

limes, Linguā mēdacem, Manus effundentes innoxium ſan guinem, innoxi-

um ſanguinē, ſanguinem, ſanguinem.

## Secunda Pars.

DISCANTVS. CONTRA. TENOR,

II. Primus & Secundus TENOR. NOE. Sex Vocum. Fuga, in eodem.

A ij

Secunda Pars.

## III. TENOR & ALTVS. Incerto Authore. Sex vocū. Fuga, in Epidiapenthe.

## Secunda Pars.

IIII. Tenor & Altus. M. IAN. Sex Vocum. Fuga, in Epidiapenthe.

℣ Secunda Pars. Fuga, in Subdiapenthe.



# V. ALTVS cum TENORE. Fuga, in Subdiatheſſaron.

## ADRIANVS VVILLART.

### Sex Vocum: Super, Venator Lepores.

## Secunda Pars. In Subdiapenthe.

B

VI. TENOR. cum Secundo CONTRATENORE.

ADRIAN. VVILLART. Sex Vocum.

Fuga, in Epidiapenthe.

¶RESOLVTIO.

## Secunda Pars. In Epidiapenthe.

## RESOLVTIO.

VII. SECVNDVS TENOR & ALTVS.

Fuga, in Epidiapenthe. Sex vocum.

IOSQVIN.



## Reſiduum Primæ Partis.

¶Secunda Pars tacet. Sequitur Tertia Pars.

Tertia Pars.

## FVGA, In Subdiapenthe.

VIII. ALTVS cum TENORE. M. IAN. Sex vocum.

Fuga, in Subdiapenthe. Super, Cœli Deus omnipotent.

Secunda Pars. Fuga, in Epidiapenrhe.

D
VM fabricator Mun di, mortis ſuppliciū pateretur in cru-
ce, clamans, voce ma gna, tradidit ſpi ri tum. Et ecce velū Tēpli:
Et ecce velū Tēpli ſciſſum eſt, & monumēta aper ta ſunt: Terręmotus enim factus eſt ma-
gnus, ma gnus: Quia mortē fi lij De i, filij Dei, cla ma bat, mundus, ſe ſuſtine-
re, ſe ſuſtinere nō poſſe, ſe ſuſtinere non poſſe: ſe ſuſtinere non poſ ſe, non poſſe.

Secunda Pars.

C

Q
Vis eſt i ſte, qui progredit, quaſi aurora conſurgens: electus,
electus vt Sol: Cuius imperium, ſuper hume rum e ius. Viæ illius,
viæ pulchræ: & om̃es ſemitę eius pacificæ. Dominus proſperę faciet i ter e
ius iter e ius: Quoniã non venit mittere gladium, mittere gladium in
terram, in ter ram, ſed pa cem, ſed pa cem.

Secunda Pars.

XI. TENOR. LVPVS. Quinque vocum.

CVrſu feſta dies ſydereo di es, Curſu feſta dies,



exoptata diu, Donatianicis, Donatia ni cis: Cõcordẽt Cytharæ, Concordent



Cytha ræ, Concordent Cy tharæ, ductili bus Tu bis.



Iſtud vel pie tas mo uet imberbes iuue nes, iu uenes, imberbes iuuenes,

cum grauiori bus viris. Florentis colu men, dicite Flan driæ, Flandriæ:

Olím quē pa triæ carmi ne no biles, Bruge cōmemorant pa trem.
Bruge cōmemorāt patrē, commemo rant pa trem,
Secunda Pars.
ILlum Mitra de cens: Illum Mi tra de cens: Illum Mi tra decens in po=
pulo, vi gil euexit ſtudio: vigil eue xit ſtu dio: raptus in ęthera,
in æthera, virtu ti po tis:

## Reſiduum Secundæ Partis.

XII. TENOR. N. GOMBERT. Quinque vocum.

## Secunda Pars.

vel repperit clarorum ars illa ſonorum, illa ſonorum, Lau date, laudate,
volumus,laudate,volumꝰ clangere Cæciliæ, Laudate,volumus clangere Cæci liæ. Muſas
Cæ ci liam, ſa piens, quis neſcit amare? Mu ſas Cæci liam ſapi ens quis ne
ſcit a ma re? Cũ cęcinit ſpon ſo, car mi na ſponſa ſuo, ſu o,
carmina ſponſo ſu o, ſu o: carmina ſponſo ſu o, ſu o, ſponſo ſu o: Amen.

XIII. TENOR. RICHAFORT. Quinque vocũ: cum Tribus Diſcantis.

Secunda Pars.

VI. 14 TENOR. PETRVS IORDAN. Quinque vocum,

Secunda Pars.

XV. TENOR Primus. TILMANNVS SVSATO. Quinque vocum.

Reſiduum Primæ partis.

## Reſiduum Secundæ Partis.

Go flos cāpi, & lilium cōualliū, & lilium conual lium.
Sicut Lilium, inter ſpinas: Sicut Lilium, ſicut lili um, in ter ſpinas: Sic a mi-
ca me a, inter fi lias, inter fi lias. Sicut Malus inter ligna ſyluarū: Sic dilectus
meus, inter filias, ſic dilectus meus, inter fi li as: ſic dilectus meus, inter fi lias.
Sub vmbra il lius, quē deſyderabam, ſe di, quē deſyderabam, ſedi:

Reſiduum Primæ partis.

Secunda Pars.

## Reſiduum Secundæ Partis.

S
I dere liqui te Domine, ignoſce mi hi, ig noſce mi-
hi, ignoſce mihi: Quia conſtitu iſti me: quia con ſtitu i ſti
me ſer uum ſeruitutis, Conſtitui ſti e um, ſuper o pera
ma nuum tu a rum, manuum tuarum. Omni a ſub ieci-
ſti, Omni a ſubie ciſti, ſub pedibus, ſubiecisti, ſub pe dibus e ius,

## Reſiduum Primæ Partis.

¶Sequitur Secunda Pars.

## Secunda Pars.

N
E proijci as me, in tempore ſene ctu tis,
in tempore ſe ne ctu tis: Ne proij ci as me in tem po re
ſene ctutis: cum de fe ce rit virtus mea: cum defecerit virtus mea
a, virtus me a, Ne derelinq̄s me, ne derelinq̄s me: ne derelin quas me.

## Secunda pars.

XIX. TENOR. CONCILIVM. Quinque vocum.

## Reſiduum Primæ Partis.

## Secunda Pars.

XX. TENOR Primus. BENEDICTVS. Quinque vocum.

Secunda Pars.

XXI. TENOR. N. GOMBERT. Quinque vocum.

## Reſiduum Secundæ Partis.

## Secunda Pars.

XXII. TENOR. IOSQVIN. Quinque Vocum.

Ipſum Re gem An ge lo rum, Angelorum:
Angelorum, Ange lorum, Ange lo rum: Sola virgo
lacta bat: So la vir go lacta bat, v bere de cœlo
ple no, de pleno.

XXIII. TENOR. D. D. GOES. Quinque vocum.

## Secunda Pars.

XXIIII. TENOR. IOHANNES HEVGEL. Quinque vocū: Ad æquales.

Secunda Pars.

TV Deus nr̄ : Suauis & verus es: Suauis & ve rus es. Tu De-
us noſter, ſua uis & ve rus es, ſua uis & ve rus es, Et in miſericordi-
a, diſponens omnia: Et in miſeri cordia, diſponens omnia. Etenim,
Si peccauerimus, tui ſumus: Etenim, ſi peccauerimus, tu i ſumus:

❧Sequitur Secunda Pars.

## Secunda Pars.

Audate Dñm omnes gentes: Laudate eũ o mnes po puli: Corde
& a ni mo: Laudate nomẽ Domini: Laudate ſerui Dñm, laudate ſerui, Corde & animo:
Laudate Dominum, Corde & ani mo: Laudate Dñm: Deo noſtro ſit iucunda,
de coraq; de cora que laudatio, lauda tio: Corde & a nimo:
Cor de & animo, Cor de & a nimo.

Secunda Pars.

## Reſiduum Secundæ Partis.

XXVII. TENOR BENEDICTVS. Quinque vocum.

C
Orde & a nimo: Corde & a nimo: Corde & a-
ni mo: Corde & a ni mo: Corde & a ni mo: Corde
& a nimo: Corde & a nimo: Corde & a nimo: Corde & a ni-
mo: Corde & Ani mo.

T V es Pe trus: Tu es Petrus, Et ſuper hanc pe-
tram, ę di fi ca bo, Eccleſiam meam, Eccleſiam
meam: Et portæ inferi, nō p̄ualebūt aduerſus eam: nō p̄ualebūt aduerſus eam. Et tibi dabo,
Et tibi dabo, & tibi da bo: Et tibi dabo, Claues regni cœlorum:
Et tibi da bo, Claues Regni cœlo rum, Regni Cœlorum.

## Secunda Pars.

I

XXIX. TENOR. IORIVS VENDER. Quinque vocum.

## Secunda Pars.

S
Ignum ſalutis, pone Domine: Signum ſalutis, pone Domine Ieſu Chri-
ſte, pone Domine Ieſu Chriſte, in loco iſto, in lo co iſto, in lo-
co i ſto, in loco i ſto: Et nō ꝑmittas introire, Angelum ꝑcutientem, Ange-
lū percutientem, Angelum per cuti entem, percutientem.

Secunda Pars.

L



Apidem quem re probauerunt ędi fi cantes, ędifi can tes, hic fa-



ctus eſt, hic factus eſt in ca put angu li. Bene fundata eſt Domus Domini:



Bene ſundata eſt, Bene fundata eſt, Domus Domini, Domus Dñi, ſupra firmã petrã, ſu-

pra firmam petram, ſu pra firmam pe tram, ſupra fir mam pe tram.

XXXI. TENOR. HESDIN. Quinque vocum.

PAraſti in dulce di ne tu a, in dulcedine tu-



a, pauperi, dul ciſ ſime Ie ſu: omne de lectamen tum,

omne de lectamentum in ſe haben tem: Al le luia.

Hic eſt pa nis pin guis ager: hic eſt panis pin guis ager,

## Reſiduum Primæ Partis.

¶Sequitur Secunda Pars.

Secunda Pars.

& pa bu lum: An ge li co nos pane ſatia tos: Perduc ad ſa lu-
tiferum, perduc ad ſa lutiferum conuiuium, conui ui um:
Alle lu ia, Al le lu ia.

XXXII. TENOR. IACHET. Quinque vocum.

## Reſiduum.

Et omnis lin gua, Et omnis lingua confite a tur, Et om̄is lingua confi tea-
tur: & om̄is lingua confiteatur: quia Dn̄s Ieſus Criſtus, Ieſus Criſtus : quia Dn̄s Ie ſus
Criſtus, Ieſus Chriſtus, eſt in glori a Dei pa tris, Ieſus Criſtus eſt in gloria Dei patris:

Reſiduum.

FINIS.

# INDEX, ORDO ET SVMMA MOTETARVM.

## Septem Vocum.


| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| I. | Sex ſunt, quæ odit Dominus. | Sixtus Theodericus. | D. D. | A. A. |


## Sex Vocum.


| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| II | Tu Domine uniuerſorum. | NOE. | Ad æquales voces. | |
| III | Soror mea Lucia virgo, Deo deuota. | Incognito Authore. | | |
| IIII | Benedicat te Dominus in virtute ſua. | M. IAN. | | |
| V | Venator Lepores, mittet tibi. | Adrianus Willart. | | D. D. |
| VI | Obſecro Dñe, mitte quẽ miſſurus es. | Adrianus Willart. | T. T. | A. A. |
| VII | Reſpõſum acceperat Simeon a ſpiritu. | IOSQVIN. | | |
| VIII | Cœli Deus omnipotẽs, benedicat tibi. | M. IAN. | T. T. | A. A. |


## Quinque Vocum.


| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| IX | Dum fabricator Mundi. | LVPI. | | |
| X | Quis eſt iſte, qui ꝑgrediť quaſi aurora | Claudin. | | |
| XI | Curſu feſta dies ſydereo, exoptata diu. | Lupus. | | |
| XII | Cæciliam cantate pij, cantate pudici. | N. Gombert. | | |
| XIII | Non turbetur cor veſtrum. | Richafort. | | D. D. D. |

# INDEX MOTETARVM.


| | | | |
|---|---|---|---|
| XIIII | In Dedicatione Templi. | Petrus Iordan. | D. D. |
| XV | In illo tpe: Cũ audiſſent Apoſtoli. | Thilmannus Suſato. | |
| XVI | Ego flos cãpi & Liliũ cõuallium. | N. Gombert. | |
| XVII | Si dereliqui te Dñe, ignoſce mihi | M. IAN. | |
| XVIII | Ne proijcias me in tempore. | Lupus. | D. D. |
| XIX | Ego ſum qui ſum. | Concilium. | |
| XX | Benedic Domine domum iſtam. | Benedictus. | |
| XXI | In illo tempore: Intrauit Ieſus. | N. Gombert. | B. B. |
| XXII | Neſciens mater virgo virum. | Ioſquin. | B. B. |
| XXIII | Surge, propera amica mea. | GOES. | |
| XXIIII | En ꝙ honeſta & iucunda res eſt. | Iohan Heugel. | Ad æquales voces. |
| XXV | Tu Deus noſter, ſuauis & verus. | LVPI. | |
| XXVI | Laudate Dñm omnes Gentes. | Lupus. | |
| XXVII | Corde & animo, Chriſto canimꝰ | Benedictus. | |
| XXVIII | Tu es Petrus, & ſuꝑ hanc petrã. | Morales. | D. D. |
| XXIX | Aſſumpta eſt Maria in Cœlum. | Iorius Vender. | |
| XXX | Signum ſalutis, pone Dñe Ieſu. | Thomas Crequilon. | |
| XXXI | Paraſti in dulcedine tua, pauperi. | Heſdin. | D. D. |
| XXXII | In noīe Ieſu, omne genu flectãt. | Iachet. | |


Auguſtæ Vindelicorum, Melchior Kriesſtein
Excudebat.

00071950

00071950